



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Rigobertus Ep. 4. Ianuarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Reges quoque Childericum & Clodoveum tan-tum potuit, ut à morte virgo absolveret, quos ju-dices damnârant. Sed parum hoc est, quando idem apud DEVM potuit, & lectulo daninatos ægros, passim à morbis absolvit. Quid? quòd quem abstulerat jam, imperio GENOVEFÆ puerum mors redidit; credo ut ne deesset, qui virginem Matrem clamaret. Ex Sur. & Lippel.

*Per baptismatis Sacramentum Spiritus S. factus es templum: noli tantum habitatorem pravis de te actibus effugare, & Diaboli te iterum subjecere servituti, quia pretium tuum sanguis est Christi, qui in veritate te iudicabit, qui misericorditer te redemit. S. Leo serm. I. de Nat. Chr.*

S. RIGOBERTUS EP. 4.Ianuarii.

**D**iscite, qui alienam nobilitatem non aliter ac hereditatē aditis, amplius etiam vestrā operā hanc condecorare; imò domi vestræ, hoc est, apud animum vestrūm verām nobilitatem quærere. Nos ēā in re doctorem ecce vobis RIGOBERTVM suggerimus: hic gentis suæ splendorem literis, literas pietate illustravit: hanc Rhemenſes infulâ ornarunt: ille iterum hanc multis magnisque virtutibus, velut gemmis distinxit. Sacerdotes primus id loci in unum eoëgit, reditusque, de quibus viverent, communes fecit. Familiariter Magistro equitum Pipino est usus, qui xeniolis, quæ Divus redeunti à venatione missitabat, multum delectatus terræ tantum aliquando concessit, quantum RIGOBERTVS, dum ipse dormiret, ambulando potuit circumscribere. Ab eo tempore nusquam ali bi vel campi, vel agri lætiūs ridere, ridentibus nusquam mitius cælum arridere. Aurea tempora & æternum

æternum ver dices. Sed & filium Pipini Carolum (ab animo Martio Martellum post dictum) sacro fonti admovit RIGOBERTVS. At Carolus ingratus, quod urbem Rhensem dolo aggressus non admissus esset, apertâ vi post fratrem debellatum ingressus, Pontificē sede exegit. Tulit æquo animo exilium, nec multò post ad Pipini dona reversus, vitam sanctissimè exegit. Ad tumulū nocte concubiā lux ingens visa, & voces è cælo auditæ, multum humanā suaviores. At nos si nunquam has audimus, quid miri obsecro est, quando cælo aures claudimus? Ex Surio.

*Si tibi suggeratur in futurum tempus differre bonum propositū, consurge & dic, Dies Domini sicut fur, ita in nocte veniet. Si gula deserviens laudatores tibi commendauerit apparatus, recalcitra, & dic, Non est Dei Regnum esca & potus. S.Petrus Dam.in Ps.57.*

### S. SIMEON STYLITA. 5.Ianuarii.

**E**RUBESCIT hoc die Ægyptus, cum in tam parvâ chartâ sepeliri superbas moles suas videret. Quid enim? ut mortuos suos, quæ posset in cælum extolleret, surger eō velut gloriæ humanæ scalas Pyramides jussit. At tu Lector, vide sis hoc dic illum, qui vivus cælo jam cohabitavit, vivus Pyramides sibi quatuor posuit, invidiam nō Ægypto modò, sed oreo etiam facturas. Itaque SIMEON opilio primū, post præaltâ in rupe monachos inter Angelus vixit. Verum cum ob mira, quæ maxima ac plurima patrabat, magni undique accusus fierent, novo miraculo columnas cœpit habitare; quarum quarta, & quæ ei ultima fuit, alta erat pedes IV. & L. Hic ille stare columnâ suâ firmior; dormire, aut considerere nunquam; vix aded.